editum a v. cl. Taberini. Qui in hac altera editione usus est ~~codem~~ illo ipso libro manuscripto quem v. cl. Borsierius typis describendum reliquerat. Atque hic quidem eo praestantior existimabatur, quia Borsierius omnes varias lectiones omnium codicum a se adhibitorum diligentissime, ut videbatur, annotaverat, id quod eam ob causam maximi faciendum esse videbatur, quod ~~[illegible]~~ interea omnium illorum codicum teste Bethmanno (cf. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde tom. XII pag. 572) ~~memoria~~ notitia evanuerat.

Verumtamen Borsieri editio duobus mendis laborat. Nam primum Borsierius (ut docui in commentatione mea: „Untersuchungen zu den Faentiner Chroniken des Tolosanus und seiner Fortsetzer"¹) textum non semper religiose ad codicum fidem ~~(cf. [illegible])~~ expressit et in variis lectionibus subnotandis ~~interdum~~ pluries lapsus est. Deinde capitum singulorum ~~seriem?~~ ordinem ad arbitrium suum ita commutavit, ut temporum ordinem repraesentaret et nimium in modum omnia turbaret.

~~Iste nunc~~ Eam ob causam quaestio de tota compositione Chr.

¹) Sitzungsberichte der philos.-philol. und histor. Classe der k. bayer. Akad. d. Wiss. 1893 Hft. III.